



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Duodecima causa. Ecclesiae res ac proprias bissena docebit. Quinque quæstiones duodecimæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

quarta, & sexta feria à 2. vino & à carne penitus jejunare, & ultra lugenda nequaquam committere.

1 ¶ **Omni secunda**] Apud *Lyones*, & in aliquot vetustis *Gratian* exemplaribus legitur, omni secunda, & sexta feria: in uno autem, omni quarta, & sexta feria.

2 ¶ **A vino**] In *Pannormia* est, aut à vino, aut à carne: apud *Roem*, à vino aut aceto.

Qui autem excommunicati communicant, pro modo peccati poenitentiam accipiant.

C. CX. ¶ **Tro modo peccati poenitentur**, qui excommunicati communicant.

Unde *Urbanus II.* *Generaldo* à *Constantiensi* Episcopo.

Sanctis b quippe canonibus cautum constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur. Ipsius e tamen poenitentia, atq; absolutionis modos eo moderamine decernimus, ut quicunq; seu ignorantia, seu timore, seu necessitate negotii cuiusquam maximi, & maxime necessarij, eorum se convictu, salutatione, oratione, osculatione d contaminaverint, cum minoris poenitentia medicina societatis nostrae participatione confortantur. Eos vero, qui aut spontaneè, aut negligenter incidierint, sub ea volumus discipline coercitione suscipi, ut ceteris metus incutiatur.

CAUSA XII.

Vidam clerici propria relinquere volunt: de suis & ecclesia rebus testamentum faciunt: de rebus ecclesie nulla largiuntur.

1 **Modo primum** quaritur, utrum liceat clericis proprium habere.

- 2 **Secundo**, an res ecclesie, quae ab eis data sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.
- 3 **Tertio**, si ante tempus ordinationis sua, qui nihil habere videbantur, & post ordinationem aliqui invenisse noscuntur, an possint ea relinquere quibus valuerint: an non.
- 4 **Quarto**, si de suis & ecclesia rebus aliqua acquisisse noscuntur, an utrique communitur, an singulariter ecclesie, vel sacerdoti, iure proveniant.
- 5 **Quinto**, si testamenta a liceat eis conficere.

QVAESTIO I.

Clericos nihil possidere, multis auctoritatibus jubetur.

C. I. ¶ **Impuberes, & adolescentes in uno conclavi manentes**, probatissimo seniori deputentur.

An enim *Toletanum* concilium quartum c. 23.

Omnia h aetas ab adolescentia i. in malum prona est. Nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituere oportuit, ut si qui in clero impuberes & aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atri commaneant l, ut lubrica aetatis annos, non in luxuria, sed in disciplina ecclesiasticis agant, deputari probatissimo seniori, quem & magistrum disciplinae, & testem vita habeant. ¶ Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foveantur: ut & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab injuria improborum. Qui autem his praeceptis resultaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes animi, & superbi, severiori regula stringantur.

a. al. Gebardo. b. *luc p. 14. c. 45. Pann. l. 3. c. 107.* c. al. ipsi. d. al. osculatione. e. al. participium. f. al. coercione. g. al. approbatur. h. *Anf. l. 7. c. 1.* i. *Gen. 6. & 8. Prover. 30.* k. al. puberes. l. al. commorentur.

C. II. ¶ **Omnibus clericis communis est vita servanda.**

Item *Clemens* in epist. 1.

Dilectissimis a fratribus & discipulis, Hierosolymis cum dilectissimo fratre *Iacobo* Coepiscopo habitantibus, *Clemens* Episcopus. Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. ¶ Communis enim usus omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta divisio est. ¶ Denique *Græcorum* quidam sapientissimus, haec ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia. [In omnibus i autem sunt sine dubio & conjuges.] Et sicut non potest, inquit, dividi aer, neq; splendor solis; ita nec reliqua, quae communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi debent, sed habenda esse communia. Unde & *Dominus* per prophetam b loquitur, dicens: [Ecce quam bonum, & quam jucundum, &c.] ¶ Illius enim consuetudinis more tenent, etiam *Apostoli* s, eorumque discipuli, ut praedictum est, unq; nobiscum & vobiscum communem vitam duxere. Unde, ut bene nostis, erat multitudinis eorum cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, aut nostrum de his, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed omnia illis & nobis erant communia; nec quisquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes *Apostolorum*, d (sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt, & viderunt:) & dividebantur singulis prout cuique opus erat. ¶ *Ananias* autem vir subterus, & *Sapphira* uxor ejus, qui mentiti sunt *Apostolos* de pretio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis praesentibus, in conspectu omnium circumstantium, in conspectu *Apostolorum* propter peccatum eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt. *Cetera*, quae de talibus cognovimus, & vidimus, nec recodatione, nec demonstratione digna sunt. Quae propter hac vobis cavenda mandamus, & doctrinis, & exemplis *Apostolorum* obedire praecipimus: quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extores sunt. Quae non solum vobis cavenda, sed & ceteris praedicanda sunt. ¶ Unde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab *Apostolice* regulis non recedatis: sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quae *Dominus* vobis, adimplere satagatis.

1 ¶ In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges. Verba haec absunt ab originali, in recentioribus conciliorum editionibus impresso, & duplus ipsius manuscripti codicis, uno *Vaticano*, altero *bibliotheca sancti Marci Florentia*, & ab *Anselmo*. Hanc vero sententiam à *Platone* acceptam, haereticus quidam *vehementer Christianam religionem turbare*. Ita enim scribit *Epiphanius* *lib. 32.* Primum quidem, quod ipse *Epiphanius* cum patre suo, & *secta Antistite Carpocrate*, ac *sodalibus ejus* communes esse hominum uxores sancivit, ex *Plat.* de republ. libris occasione nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. Verum apud veteres enim *Christiani* hanc uxorum communionem vehementer damnari solitam, *Tertullianus* in *Apologetico* evidenter testatur, his verbis. Omnia indistincta sunt apud nos, praeter uxores. In illo loco confortium solvimus, in quo solo ceteri homines confortium exerceant qui non amicorum solum modo matrimonia usurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant, ex illa cetero majorum, & sapientissimorum disciplina, *Græci* *Scratris*, & *Romani* *Catonis*, qui uxores suas amicis communicaverunt, &c.

a. *Anf. ibid.* b. *Psal. 92.* c. *Alf. 4.* d. *Alf. 5.* c. III.

C. III. *¶* Iuxta ecclesiam, clericorum claustra constituantur.

Item Eugenius Papa II. & Leo IV. c. 7.

Necessaria a-ctenim res exigit, ut juxta ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus unum fit refectorium, et dormitorium, seu cætera officina ad usus clericorum necessaria. Ministri verò post Episcopum super eos elegantur, quorum vita atque doctrinam illis potius exoriet, quam dehonestet.

Et supra spiritum concilio Romæ ab Eugenio II. primam habet, & postea a Leone IV. immo vati. Antea celebrato Leo IX. X. in atrio ecclesie alia adificia, nisi clericorum ponantur.

C. IV. *¶* Nec in atrio ecclesie, nisi clericorum adificia ponantur.

Unde Nicolaus Papa b.

Nulla e-ctificia in atrio ecclesie ponantur; nisi tantum clericorum.

¶ Feri adun leguntur in concilio Salogunstadiensi, c. 12. quod habent in fine institutioni Bar chardæ, & referunt ab Fome p. 5.

C. V. *¶* Clericus nihil seculare possideat.

Item Hieronymus ad Nepotianum.

Clericus dicitur qui Christi servit ecclesie, interpretatur primò vocabulum suum: & nominis definitio nevolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim *κλῆρ* græce, fors tantè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus fors, id est pars clericorum est. Quia autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Dominum & possideatur a Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit: [Fors mea Dominus.] nihil extra Dominum habere potest. Quòd si quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus: verbi gratia, si aurum, argentum, si possessiones, si variam suppellestem, cum istis partibus Dominus fieri pars ejus non dignatur. Si autem ego pars Domini sum, & faniculus hereditatis ejus, nec accipio partem inter cæteras tribus: sed quasi levita & sacerdos vivo de decimis, & altari servit, altaris oblatione sustentor. Habens s-ctidum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.

C. VI. *¶* Nihil præter Deum debet curare, qui in epus foram eligitur.

Item Ambrosius de fuga sæculi, cap. 2.

Cum peritus Deus est, nihil debet curare, nisi Deum: ceteris impediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia conferretur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. Hac enim vera est sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quadam alienatio charissimorum: ut suis se abneget, qui servire Deo elegerit &.

C. VII. *¶* Clericus & Deo devotus, nec causas agere, nec aliquid proprium habere licet.

Item Hieronymus ad quemdam suum fratrem, de duobus generibus hominum.

Dividunt genera Christianorum. Est autem unum genus, quod mancipatum di-vino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporali cessare convenit: ut sunt clerici, & Deo devoti; videlicet conversi. *κλῆρ* enim græcè, latinè fors. In e-cti hujusmodi homines vocantur clerici, id est, sorte

electi. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namque sunt Reges, id est, se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesie, in signum regni, quod in Christo expectatur. Ratio verò capitis, est temporalium omnium depositio. Illi a enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud verò genus est Christianorum, ut sunt laici. *κλῆρ* enim græcè, est populus latinè. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum. Nihil enim miserius est, quam propter nummum Deum contemnere. His concessum est uxorem ducere, terram colere, inter vitam & virum judicare, causas agere, oblationes super altari apponere, decimas reddere: & ita salvari poterunt, si vitia tamen benefaciendo evitaverint.

C. VIII. *¶* Clerici nihil proprium possideant.

Item Gregorius Augustinus Anglorum Episcopo, re-sponsum, c. 1. & 2.

Quia b-cti fraternitas monasterii regulis erudita, fors non debet fieri c-cti clericis suis in ecclesia Anglorum, quia auctore Deo nuper ad fidem perducta est; hanc debet instruere conversationem, qua in initio nascentis ecclesie fuit Patribus nostris: in quibus nullus eorum ex iis, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. ¶ Si d-cti verò sunt clerici extra sacros ordines cõstituti, qui se non possunt continere, fortiri uxores debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem Patribus, de quibus præfati sumus, novimus scriptum e-cti, [quòd dividebatur singulis, prout cuique opus erat.] De eorum ergo stipendio cogitandum, atque providendum est: & sub ecclesiastica regula sunt tenendi: ut bonis moribus vivant, & canendis Psalmis invigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conservent. Communiter s-cti autem viventibus jam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum: cum omne, quod superest, in causis piis, ac religiosis erogandum est: Domino & magistro omnibus dicente [Quod s-cti superest, date elemosynam, ecce omnia munda sunt vobis.]

C. IX. *¶* Clerici omnia communia esse debent.

Item Virbanus Papa omnibus catholicis, episcopo-ld unico, c. 1.

Simus b-cti vos non ignorare, quia hæcenus vita communis inter omnes Christianos viguit, & adhuc gratia Dei vigeret: & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, id est, clericos: sicut in actibus legitur Apostolorum & [Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebat; aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia.] *¶* Quicunque vestram communem vitam susceptam habet, & vovit se nihil proprium habere, videat, ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc, quòd Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satius est non vovete, quam votum, prout melius potest, non perficere. Gravius enim puniuntur, qui vovum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quam illi, qui vitam sine voto finierunt; aut sine fide mortui sunt, & tantum bona egerunt opera.

a Aug. serm. 21. ad fratres in eremo. b Ioan. Dineim vita, l. 2. cap. 37. Ans. l. 2. cap. 3. c al. vivere. d 32. dist. s. qui vero. Resp. 2. e Altar. 4. f al. Communis autem vita. g Luc. 11. h Ansel. lib. 7. c. 4. Ivo part. 2. c. 109. i al. boni. k Ab. 4. l laend. epif. c. 6.

conjuges] ...



cum inter turbines, & adversa mundi succresceret ecclesia, eoque pervenit, ut non solum Gentes, sed etiam Romani Principes, qui penè totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vit religiosissimus Constantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem, sub suo degentes Imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia tribuere posse constituit. Denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri principis Apostolorum instituit: adeo, ut sedem Imperialem, quam Romani Principes possederant, relinqueret, & beato Petro, successoribusque a suis profuturam concederet. Idem verò præfatus b in sancta synodo, quæ apud Nicæam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: Vos à nemine dijudicari potestis: quia solius Dei iudicio reservamini. Dii etenim vocati estis: & idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, vni religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecraverunt, edificantes basilicas in suis fundis in honorem sanctorum martyrum per civitates, ac monasteria innumera, in quibus peret Domino ferventium conveniret.

¶ Cæteri etiam collatores Melchisedem erant: quod constare non possit, nisi animadverteris auctor glossæ. Fuit enim in hoc capite nomen Nicæna synodi: quo tempore (ut ex ipsa synodo, Eusebio & cæteri historiæ apparet) jam Melchisedem obierat. Habetur autem in scripto de primitivæ ecclesiæ, & ministræ Constantini, quæ in collectione Isidori, Lucetia huius impressa, sequitur statim post verba Melchisedem, quemadmodum supra, dist. 18. ad c. decreta, ablatum est.

C. XVI. ¶ Quare prædia fidelium hodie ab ecclesia non alimentur.

Item Urbanus Papa, epistola unica, c. 1.

Videntes & autem summi sacerdotes, & alii, atque levites, & reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hereditates, & agros, quos vendebant, ecclesiis, quibus præfidebant, Episcopi traderent; eo quod ex sumptibus eorum, tam præsentibus, quam futuris temporibus plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam ad ducentibus, quam ex pretio ipsorum: ceperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere. ¶ Ipse verò res in ditione singularum parochiarum Episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius poterint, ut nemo in eis egens inveniat. ¶ Ipsæ enim res fidelium oblationes appellamur, quia Domino offeruntur. & infra, c. 3. ¶ Memorans ego augmentationibus ac cultibus in tantum ecclesiis, quibus Episcopi præfident, Domino adminiculante creverunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus, ut nullus sit in eis, communem gerens e vitam, indigens: sed omnia necessaria ab Episcopo, suisque ministris percipit. ¶ Ideo, si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item Augustinus f. tractatu 62. in Ioannem. Hæbat g. Dominus loculos, & à fidelibus oblata

a al. f. in præf. b. b. ii. quæst. 5. c. Anselm. l. 7. c. 6. d. d. al. f. idem. e. al. d. i. g. i. al. d. e. g. f. Et Beda ad c. 13. lo. & ibi glossa ordin. g. Anf. l. 1. c. 31. P. h. l. 1. 11. 24.

conservans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiastica pecuniæ forma est instituta, ubi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ servetur à sanctis: sed ne Deo pro ista servietur, & propter inopiam timorem iustitia deferatur.

2 ps. Hic omnibus auctoritatibus claret, quod clericis nulla modo licet habere quid primum: quod si habuerint, non clericis erunt, non tamen clericatus eis tollendus est.

C. XVIII. ¶ Clericus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium.

Unde Augustinus in ferm. 2. b. de communi vita clericorum.

Certe & ego sum, qui statueram, sicut nostis, nullam ordinare clericum, nisi qui mecum veller manere: aut si veller recedere à proposito, rectè illi tollerem clericatum: quia deleret sanctæ societatis promissum, & coeptumque consortium. Ecce in conspectu Dei, & vestro, nullo consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus & ecclesia sua, maneat ubi volunt, & ubi possunt: non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malum enim esse quis nesciat? Malum est cadere à proposito: sed peius est simulare propositum. & post pauca. ¶ Si non d. servat sanctitatem foris, dimidius cecidit: si verò intus habuerit simulationem, totus cecidit. Nolo ut habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communitè vivere.

Contra sunt alia auctoritates, quibus conceditur propria habere, non solum aliis, sed etiam Episcopis.

C. XIX. ¶ De rebus propriis vel acquisitis Episcopis hereditibus suis derelinquant.

Unde in concilio Agatheni, c. 48. legitur.

Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent, hereditibus suis, si voluerint, derelinquant. Quiddam verò de provisione suæ ecclesiæ fuerit, sive de agris, sive de fructibus e, sive de oblationibus, omnia s. in iure ecclesiæ reservare censuimus.

C. XX. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Papæ, g. c. 15.

Manifesta autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, his qui circa ipsos sunt, presbyteris, & diaconis; ut si episcopo contigerit inopinatus transitus, res ecclesiæ nullo modo possint minui, & perire, neque res propria Episcopi importunitatem patiantur pro rebus ecclesiæ: ut nec ecclesia incurrat damnum, nec Episcopus in suis rebus pro rebus ecclesiæ proficiatur.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item statutum est in canonibus Apostolorum, c. 40. ubi legitur.

Int b. manifesta res propria Episcopi, (si tamen habeat proprias) & manifesta Dominicæ: ut potestatem habeat de propriis moriens Episcopus sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: nec sub occasione ecclesiasticarum rerum ea, quæ Episcopi esse probantur, interdicant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et iustum est hoc apud Deum & homines: ut nec ecclesia detrimentum patiatur ignorance rerum Pontificis, nec Episcopus, vel ejus propinqui sub obtentu ecclesiæ præferantur, & in causis incidant, qui ad eum pertinent, morsque ejus injuriis malæ famæ subiciatur.

1 ¶ Morsque ejus] Antè legebatur, morsque ejus in-

a Matth. 6. b aliter 52. ad fratres in eremo. c Anselmus lib. 7. cap. 6. d Si servat, orig. e aliter frugib. f aliter omnia iure. g In cap. Martini Bracaren. ex can. 4. concil. Antiocheni, mutatis verbis, sed salva sententia. h Anselmus lib. 6. cap. 107.



juris infamantur. Restitutus est locus ex præfata versione, cui totum reliquum caput convenit. Græcè est, *ἡ τὸν αὐτὸν ὁμοίως* *ἢ τοῦ Φημεῖος* a *ἡ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων* id est, & ejus mors male dicitur undiq; appetatur.

C. XXII. ¶ Ex rebus ecclesie Episcopus, si videretur, sibi & sui necessaria sumat.

Item in eisdem canonibus, c. 41.

EX his autem, quibus Episcopus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum usus & ipse percipiat, ut nihil ei possit omnino deesse. Lex b enim Dei præcipit, ut qui altario deserviunt, participant de ipso.

¶ **Ei possit** Legitur etiam, eis possit. Nam & in Græci codicibus partim est *αὐτῶν*, partim *αὐτῆς*.

C. XXIII. ¶ Res ecclesiasticas Episcopus dispenseret.

Item ex concilio Antiocheno c. 27.

Episcopus d. ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum, erga omnes qui indigent, cum summa reverentia & timore Dei. Participet autem ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quam in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis; ita ut in nullo qualibet occasione fraudentur, juxta sanctum Apostolum e sic dicentem [Habentes victum & tegumentum, his contenti simus.] Quod si contentus istis minime fuerit, convertat autem res ecclesie in suos usus domesticos, & ejus commoda, vel agorum fructus, non cum Presbyterorum conscientia, Diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filiisque committat, ut per hujusmodi personas occultè res lædantur ecclesie, synodo provincie penas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea, quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidam pauperes, criminationi verò, & blasphemis tam sermo prædicationis, quam ii, qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod concedere approbante.

¶ **Occultè res** In versione Dionysii legitur, ut per hujusmodi personas occultè ceteri lædantur fratres ecclesie, & concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in omni concilio, ut per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lædi videantur. Græcè in codicibus qui lecti sunt, habetur, *ὅς τὸ πρὸς τὸν λαὸν ἀδελφότητος βλάπτει*, *τὴν λόγους τὸ ἀκλήθιστον*, id est, ut ex his rationes ecclesie latent lædantur.

C. XXIV. ¶ Res ecclesie sint in Episcopi potestate.

Item in canonibus Apostolorum, c. 41.

Precipimus g. ut in potestate sua Episcopus ecclesie res habeat. Si enim animæ hominum pretiosiores hi illi sunt credita, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus, indigentibus omnia dispensentur per Presbyteros & Diaconos, & cū Dei timore, & omni sollicitudine ministrantur. Ex his autem, quibus indiget, etc. ut supra.

Cum ergo in concilio Agathensi, & Martini, & canonibus Apostolorum dicitur: [Sint manifesta res propria Episcopi,] cum in eisdem canonibus & in concilio Antiocheno præcipiatur, ut Episcopus participet res in ecclesia, si tamen indiget, nonne paten-

a *ἢ τοῦ Φημεῖος*. b *1. Cor. 9.* c *Et in Parisien. conc. l. c. 27.* d *Ansel. l. 6. c. 103.* e *1. Tim. 6.* f *al. cetera lædantur ecclesia.* g *Ansel. l. 6. cap. 100.* h *pretiosa.* i *orig. 1. πρὸς τὸν λαόν, id est, credendo.* k *ὁ λαὸς ἀδελφότητος, id est, integritate.* l *Sup. ead. c. ex his autem.* m *al. rebui.*

ter ostenditur, quod Episcopus habeat libere propria? Dicit enim [si indiget rebus ecclesie] notat eum habere propria, quæ tasse suis necessitatibus non sufficiunt. Quomodo ergo clericis propriam habere voluerit, clericus non erit? & Episcopus habere propria non solum non desinit esse Episcopus, verumtamen ecclesiasticas facultates in sua jure habere potestatem? & notandum est, Episcopos orientales uxores habere, & filios: quodam autem ex nostris partibus, cum in laicatu, sive in monachicis ordinibus constituti, habeant uxores & filios, sive morte uxoris interveniente, sive continentia pari voto servata, ad sacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad sui & filiorum usus. Quis autem ab infantia sacra militia traditus fuit, videtur ei permitti habere propria: quia nulla est ex ecclesiastica potestate: nisi fortasse retinendo sua, à sumptibus ecclesie dispensata. Quod fieri posse Prosper de vita contemplativa, lib. 2. cap. 1. testatur, dicens.

C. XXV. ¶ De iis, qui tam infirmi sunt, ut sua rebus renuntiare non possint.

Illi autem, qui tam infirmi sunt, ut possessionibus renuntiare non possint, si ea, quæ accepti erant, pensatori relinquunt, nihil habentibus conferenda, peccato possident sua: quia & ipsi quodammodo relinquunt, quando propriis contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini suo debentur, accipiunt.

De rebus verò ecclesie queritur, an liceat eas per prebendam vendi, ut annuos redditus quisque sibi specialiter vendat. Hoc posse fieri, argumento & auctoritate probatur. Clerici sancti eorum sunt de quibus dicitur a [Multitudinis autem certitum erat cor unum, & anima una.] Necessè est ergo, ut sequantur vitam, quorum in ecclesia gradum administrant. Ergo aliquid proprium sibi vindicabunt, sed erunt in ecclesia communita.

C. XXVI. ¶ Res ecclesie quasi communes Episcopus dispenseret.

Item Urbanus Papa ait in epistola unice, c. 2.

Res b ecclesie non quasi proprie, sed ut communes, & Domino oblata, cum summo timore in alios, quàm in præfatos usus sunt fideliter dispensanda.

C. XXVII. ¶ Non liceat Episcopo res ecclesiarum in proprios usus convertere.

Item ex synodo habita Roma ab Eugenio Papa II. c. 16.

Nulli Episcoporum liceat res mobiles aut immobiliæ de subiectis plebibus, aliisque piis locis, in proprios usus habere: ne majores enormiter locupletentur, & ternores tali facto pauperes inveniuntur. Contraagens, & nonica auctoritate coarctatus exiit.

Si ergo res ecclesie, non quasi proprie, sed quasi communes vendenda sunt: cum de communibus nullus dicat, hoc necesse est, ut res ecclesie, hæc est mea, potest aliquis dicere: ne radeatur non tantum charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, sed etiam illis omnia communia. Huic irrefragabilem. Si autem per se charitatis manente, secundum discretionem ecclesiarum, distribuitur ecclesiasticarum facultatum, dum alii possessiones hæc ecclesie ad dispensandum committuntur, ex quibus, licet res ecclesie communes debeant esse communes, primum tamen sibi, & sua ecclesia fore videntur, necessaria subministrat, & reliqua, quæ superius fidelium usibus ministrantur: ita & præbende ecclesiarum, eisdem charitate manente, pie & religiose possunt distribui, ne tamen res ecclesie, ut proprie, sed ut communibus utilitatibus destinantur: ut ex his, quæ sibi assignata sunt, primum sua necessaria percipiat: si qua verò suis necessitatibus superflua, in communibus ecclesie expendat.

a *Altor. 4.* b *Ansel. l. 6. c. 103. Polyg. l. 6. m. c.* c *Altor. 4.* d *al. Episcopus subministrat.* C. XXVII.



C. XXVIII. *g. De eodem.*

Vnde Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 50.
Silla nostra sunt, sed pauperum: quorum procuratio-
nem quædammodo gerimus, non proprietatem nobis u-
surpatione damnabili vindicamus.

*Quis non est, quomodo liceat clerici habere proprium, & quomo-
do non. Item quomodo res ecclesie per prebendas de iudiciis possint.*

QVÆSTIO II.

Nunc queritur, si sacerdotes aliqua de rebus ecclesie de-
dissent, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmi-
tate consistant. Quod res ecclesie nullo modo distra-
hi possint, & abstracta possideri, multis auctoritatibus probatur.

**C. I. g. Ecclesia pecunias auferens velut homicida
damnatur.**

Item Stephanus Papa.

Qui e Christi pecunias, & ecclesie aufert, fraudat,
& rapit, ut homicida in conspectu iudicis depu-
tatur.

*g. In epistola Stephani primi, qua exant, cepit hoc non habere.
Sed in epistola prima Anacleti, ex quo citatur a Burchardo &
Irene, & in concilio Trionensi, & infra ead. c. qui abstulerit. Idem
etiam legitur apud Lucianum Papam.*

**C. II. g. Quidquid de sacratu vasis, vel ministerii
a quolibet clerico usurpatum fuerit, eccle-
sie restituatur.**

Item Pelagius Hostilius Episcopo.

Augustino nostre sedis notario suggerente didici-
mus, quod ei dilectus tua directis apicibus indicat-
set, quosdam de clero tuo, & maxime parochiarum ad
te pertinentium, non pauca sacra vasa, vel ministeria
distraxisse, & aliqua huiusmodi perpetrasse, quæ a re-
ligioso aliena sunt propositis. Charitatem vero tuam
(ut hoc competenti sollicitudine debeat insequi, vel ul-
tisci) nostra præceptionis auctoritate cupis communiti.
Quæ de re præsentibus mandamus affectibus, ut compe-
tentis vivacitatis instantia, quicquid de sacratu vasis
vel ministerii a quolibet clericorum usurpatum vel dis-
tractum fuisse comperis, sine cuiusquam moræ in-
terventu exigere non dimittas, & ecclesiasticis usibus
reformare.

**C. III. g. Quidquid Domino consecratur, ad jus
pertinet sacerdotum.**

Item Bonifacius d. Papa.

Nullus e licet ignorare, omne quod Domino conse-
cratur, sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel
quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sancto-
rum Domino erit, & ad jus pertinet sacerdotum. Pro-
pter quod inexcusabilis erit omnis, qui a Domino &
ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, invadit, vel eri-
pit, & usque ad emendationem, ecclesieque satisfactio-
nem, ut facilius iudicetur: & si emendare noluerit,
excommunicetur.

**C. IV. g. Excommunicationi subjaceat, qui
ecclesiastica prædia invadit.**

Item Gregorius VII. lib. 6. Regeste, in concilio, c. 1.

Quicunque f. militum, vel cuiuscunque ordinis, vel
professionis persona, prædia ecclesiastica a quo-
cunque Rege, seu seculari Principe, vel ab Episcopis in-
vius, seu Abbatibus, aut aliquibus ecclesiarum rectori-

*a. Et infra. 23. q. 7. quod autem. & si autem privatum. b. privatis,
qua nobis sufficiant, possidemus.] orig. c. Anacletus epist. 1.
c. 2. Lucius ca. 6. In concilio Trionensi, c. 7. Burch. lib. 11. cap. 18. Ivo
p. 2. c. 11. d. 6. cap. c. 303. al. Ex decretis Bonif. Papæ. e. Poly-
c. 10. tit. 17. Burch. l. 1. c. 17. Ivo p. 14. cap. 87. Pamorm. lib. 3. c. 13.
f. Poly. l. 6. tit. 17.*

bus susceperit, vel invaserit, vel de rectorum depravato,
seu vitioso consensu tenuerit, nisi eadem prædia ecclesie
restituerit, excommunicationi subjaceat.

**C. V. g. Sacrilegii crimen incurrit, qui prædia
ecclesiastica vexat.**

Item Pius Papa, epist. 2.

Prædia a divinis usibus tradita, quidam humanis ap-
plicent usibus, & Domino, cui tradita sunt, ea subtra-
hant, ut sibi b. infervant. Quapropter ab omnibus illi-
us usurpationis contumelia depellenda est: ne prædia
usibus secretorum coelestium dicata, a quibusdam irru-
entibus vexentur. Quod si quisquam præsumpserit, ut
sacrilegus habeatur.

C. VI. g. De eodem.

Item Anacletus Papa c. epist. 1.

Qui d. abstulerit aliquid patri vel matri, dicitur hoc
peccatum non esse, homicida particeps est. Pater
noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater verò
nostra, ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter rege-
neravit. Ergo qui e Christi pecunias & ecclesie rapit,
aufert, vel fraudat, homicida est.

**C. VII. g. Quadruplum restituit, qui res
ecclesie invadit.**

*Item Ioannes Papa I. ad f. Zachariam Archi-
episcopum.*

In antiquis ecclesie statutis decretum est, ut qui a
liena invadit, non exeat impunitus, sed cum multi-
plicatione omnia restituat. Vnde & in Evangelio g
scriptum est: [Quod si aliquid defraudavi, reddo
quadruplum.] Et in legibus h. sæculi cautum habe-
tur: [Qui rem surripit alienam, &c.] ut infra in auctori-
tate Eusebii Papa.

**C. VIII. g. Pro tenore secularium legum punian-
tur invasores rerum ecclesi-
asticarum.**

*Item Gregorius ad Constantinianum Regem Gallie,
lib. 4. epist. 23. seu c. 77.*

Cum i devotissimam k. Dominam. sciam de eccle-
sti vita, atque l. remedio anime suæ sedulo cogi-
tate, culpam me committere vehementer existimo, si
ea, quæ pro timore omnipotentis Domini sunt sugge-
renda, siluero, & te sanctissimam de ecclesiastica pace
sedulo non commovero. Nimis me Iuliani fratris &
Coepiscopi nostri proclamatio nuper contristavit, ma-
xime cum villa, suæ videlicet ecclesie, a nequissimis
prædonibus sint depradata, atque nocturnis incendiis
more furum combusta: & dum iidem maligni juxta
nostri prædecessoris Bonifacii decreta pro violata i
emanitate illud emendare noluerint, dum & sæculi leges
ita se habere voluerint, lege vulgari teste, in qua sic scri-
bitur m. [Si quis manu armata usque ad quatuor ho-
mines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille
qui prior est, pro illicita præsumptione componat so-
lidos nongentos: sequaces verò ejus, unusquisque so-
lidos octaginta. Si verò incendium fecerint, ibi novi-
es tantum componant: si prædam verò, in quadruplum
restituant.

*g. Initium huius capituli usq. ad vers. siluero. est acceptum ex
epistola raticana. Reliqua non sunt inventa.*

i. g. Violata.] *Hæc distinctio abest à plerisque, vetustis, & hic, &
in sequenti capite, ubi in vulgatis est, emunitas violata.*

*a. Polycarp. ibid. Anselm. lib. 3. cap. 36. Ivo part. 13. c. 39. b. al.
suis usibus. c. Et in epist. Lucii. c. 6. d. Poly. ibid. Burchard.
lib. 11. cap. 18. Ivo part. 14. cap. 88. e. Supra, ead. qui Christi.
f. Et in epist. 2. Eusebii Papa ad Aegyptios, & in decret. Iulii. c. 1.
& Symmachus in 1. synodo. g. Luc. 19. h. f. ead. in legibus.
i. Burch. l. 11. c. 26. Ivo p. 13. c. 36. k. serenissimam. l. al. patria,
arg. anime suæ vita sedulo. m. lib. 1. legum Longobard. tit. de ag-
gref. in vic. fact. leg. 1.*



C. IX. ¶ De eodem.

SI a seculi leges talem iustitiam habere voluerunt; lex divina cur inferior esse debeat? cum ipsius veritatis presentia a Zacharo collaudatum sit, ut si aliquem defraudarat, in quadruplum restitueret? Et quia summum in rebus bonum est, iustitiam colere, ac sua cuique iura servare, & in subjectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est, custodiri (quod & vos diligere, & Domino confidimus studere) ea propter excellentia vestra, mense Novembri presentis anni, secunda indictione, Petrum fratrem & coepiscopum nostrum a gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ transmittimus, ut fratribus eiusdem provincie in unum congregatis, immunitas violata, & presumptio, & sacrilegium canonica auctoritate, & vestra regia dignitate talem terminum accipiant, ne posthac membra diaboli, filii nequam, in sancta ecclesia, te etiam ibi regnante, talia præsumant.

¶ In plerisque vetustis codicibus, & apud Burhardum, & Ivonem caput hoc est conjunctum superiori.

C. X. ¶ Ecclesia res surripens, in decuplum restituat, quod abstulit.

Item Eusebius Papa b epist. 2.

IN 6 legibus seculi cautum habetur [Qui rem surripit alienam, illi, cuius res direpta est, in undecuplum d, quæ sublata sunt, restituat.] Et in lege divina e legitur [Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, & dicit omnis populus, Amen.] Talia ergo non præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Proinde i si quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum est, rapuerit, vel contulerit facientibus, ut sacrilegus dijudicetur, & damnus in quadruplum restituat, & canonicè poeniteat.

¶ Proinde] Hinc usque ad finem non sunt in epistola Eusebii, neque apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burhardum & Ivonem part. 13. cap. 37. & in Polycarpo. interpositis etiam aliquot verbis, quæ in epistola habentur post res, damnatione.

Contra Gregorius scribit, cap. 4. responsum ad Augustinum Anglorum episcopum, de his, qui factim auferunt aliquid de ecclesia.

C. XI. ¶ Sine augmento sibi ablata ecclesiæ recipere oportet.

FRaternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrant: & sunt alii, qui hac in re inopia delinquant. Unde necesse est, ut quidam damnus, quidam vero verberibus, & quidam districtius, quidam vero levius corrigantur. Et cum paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehenna ignibus tradatur. ¶ Infra. ¶ Adde etiam quo augmento ea, quæ furto de ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, ut ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quarat.

Verum illud Eusebii de legum severitate: illud h Gregori de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligatur.

C. XII. ¶ Non sunt alienanda in episcopatu acquisita.

Item Gregorius lib. 10. epist. 42. Densitædit i episcopo Mediolanensi.

a Burhard. & Ivonibid. Luc. 19. b Et Symmachus in 5. synodo, & Ioan. 1. epist. 1. c supr. ea. in antiquis. Polycarp. l. 8. titul. 17. d al. Decuplum. e Deuteron. 17. f Anselm. l. 5. c. 41. Burhard. l. 11. cap. 27. Ivo p. 13. c. 37. & p. 5. ca. 249. & p. 3. ca. 149. Pam. l. 4. c. 47. g Poly. l. 6. tit. 16. Ivo p. 13. c. 3. h al. istud. & al. Decidat.

RES a in episcopatu acquisitas, sacerdotibus nulla ratione alienandi licentia.

C. XIII. ¶ Vasa sacra, nisi pro redemptione captivorum, non sunt alienanda. Item ex octava 1 synodo universalis, c. 31.

POSTolicos b & paternos canones renovans hæc facta & universalis synodus, diffinitivè neminem præsumptus Episcopum vendere, vel utcumque alienare cuncta & vasa sacra, excepta causâ olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet 2 pro redemptione captivorum, sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones venundare, ac per hoc ecclesiasticos reditus lædere: quos ad propriam utilitatem, & ob eam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse decernimus. 3 ¶ et paulo post. ¶ Quisquis autem apparaverit post hæc diffinitionem nostram contrarium quid hinc sanctæ ac universalis synodo agere, deponatur ut prævaricator divinarum legum & præceptorum: cassata videlicet omnino, quæ facta est in scriptis vel sine scriptis ab episcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, censualium scilicet, & salariorum locorum. Qui vero emerit aut perceperit aliquid ex prædictis emeliis, vel salariis, & non restituerit ecclesiæ iterum quæ ecclesiæ sunt, vel non dederit ad incidendum chartam venditionis vel emphyteuticæ, sit anathema, usque dum fecerit, quod a hac sancta & universalis synodo confirmatum est. ¶ Si autem Episcopus convictus fuerit contraxisse monasterium de redditibus ecclesiasticis, tradat ipsum eidem ecclesiæ monasterium.

1 ¶ Octava] Sic est emendatum ex Anselmo, cum antea legeretur, sexta. Est autem canon decimus quintus synodi illius, habita tempore Hadriani Papa secundi contra Photium, ex versione Anastasi bibliothecarii.

2 ¶ Videlicet pro redemptione] In concilio ipso, & apud Anselmum legitur, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum.

3 ¶ Decernimus] In ipso canone sequuntur hæc. Ortum vero ecclesiasticarum rerum potestatem habentem, & hæc meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: ecclesiastica loca, quæ per reditus sunt, & insuper propriam rerum dispositionem distribuere, ac committere seu conferre quibuscumque voluerit, & iudicaverit, juxta propriam potestatem ac dominatum. Quisquis autem apparaverit, &c.

C. XIV. ¶ Pro redemptione captivorum sacra causa non prohibentur alienari. Item Gregorius lib. 6. epist. 31. seu ca. 109. de minoribus episcopo Messanensi.

ET sacrorum canonum, & legalia c statuta permittunt, ministeria ecclesiæ pro captivorum esse redemptione vendenda.

C. XV. ¶ Res ecclesiæ licet impendantur pro redemptione captivorum.

Item Demetrio & Valeriano clericis Firmanis, lib. 7. indict. 2. epist. 14.

SACrorum d canonum statuta, & legalis permittit auctoritas, licet res ecclesiasticas in redemptionem captivorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis sumus, ante annos fere xvij, virum reverentissimum quendam Fabium Episcopum ecclesiæ Firmanæ, libras xj. argenti de eadem ecclesia pro redemptione vestra, ac patris vestri Pasivi, fratris & coepiscopi nostri, tunc vero clerici, nec non maris vestre, hostibus impendisse, atque ex hoc quandam formidinem vos habere, ne hoc, quod datum est, à vobis quolibet tempore repetatur, huius præcepti auctoritate suspensionem vestram prævidimus auferendam: constituentes, nullam vos exinde, hæc resque vestros quolibet tempore repetitionis

a Infra, ea. q. 3. nulli. b Anselm. l. 6. c. 171. c Le. Sanctimus. evd. de sacros. eccle. Anselm. l. 5. c. 45. Ivo p. 3. c. 145. molestiam



2 ¶ Quod non modo] In ipsa synodo longe aliter habetur. Hujus autem constitutionis legem in Apostolica tantum volumus sede servari, universis ecclesiis per provincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato.

C. XXI. ¶ Qui res ecclesiasticas vendit ad aliare non audeat accedere.

Item in synodo sexta.

Indignè a ad altare Dei properare permittitur, qui res ecclesiasticas audeat invadere, aut injustè possidere, aut iniqua, vel injusta defensione in eis perdurat & paulò post. ¶ Debet tamen esse provisio, ut vindictam admonitio præcedat, & res usurpata injustè qui abstulit, aut injustè ablatas retinet, a quietate patrocinate, legibus restituat. Quòd si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percussat. ¶ Valdè b iniquum ergo & ingens sacrilegium est, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab iis, quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum in aliud transferre, vel converti permittatur. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quàm scriptum est, prædia ecclesiis tradita petierit, vel acceperit, aut possiderit, vel 4 injustè defenderit, aut retinuerit, nisi citò se correxerit, quo iratus Deus animas percussit, anathemate feriatur: sitque accipienti, & danti, & possidenti anathema, & instituta poena contubernium aspiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo munit, quæ religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

1 ¶ Aut injustè] In synodo legitur, aut injustè, id est, sine licentia Episcopi possidere.

2 ¶ Admonitio] In synodo additur, manifesta.

3 ¶ Hominibus] Quæ sequuntur usque ad vers. in aliud, addita sunt ex synodo.

4 ¶ Vel injustè dederint, aut retinuerint] Addita sunt & istæ scilicet omnia, quæ in usurpatione hujusmodi rerum accedere solent, exponuntur.

C. XXII. ¶ Excommunicentur, qui Principum auctoritate res invadunt ecclesiasticas.

Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi Archiepiscopo in epistola, cujus incipit, [Quæ sanitatis vestra.]

De rebus, quæ semel Deo contributa, atque dicata sunt, & postea sub occasione concessionis Principum à quibusdam invaduntur, atque diripiuntur, sancimus, ut prius consulatis Principem, ad rescandam tam præsumptivam factionem, & cognoscendum, utrum illius sit concessio, an invaloris præsumptio. Quòd si Principis inordinata fuerit largitio, ipse sit Princeps pro emendatione redarguendus. Si autem invaloris declaratur præsumptio, usque ad emendationem, excommunicationis sit vindicta coercendus.

¶ Extat epistola hæc in libro sæpe citato bibliotheca Dominiana: in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quæstiones ab Adone d sibi propositas.

C. XXIII. ¶ De rebus ecclesiasticis non est aliquid alienandum.

Item Gelasius Iustinus Archiepiscopus, & Faustino c defensori.

4 ¶ Vobis s enim, & sanæ vestra consultam duximus, ut Pontificis vestri loco, vobiscum ab eodem

a Ivo part. 3. cap. 162. b 16. quæstion. 1. in canonicis. 5. valde. c Ivo p. 3. cap. 172. d al. Odono. e al. Faustino. f Deinde dicit p. 3. cap. 93.

aliquis subrogetur, qui eius nomine pariter universis sponat: quatenus omnia prædia ad vestrum revocentur studium, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiæ putetis esse deputandum: ne per incuriam, & negligentiam minuat: sed omnis pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis, urbanisque collectam, ad Antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas, vel expensas accidentium necessitatum opus esse percipitur, ut de medio sequestretur, & quatuor portiones, vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus pensione: ita, ut unam sibi tollat Antistes, aliam clericis pro suo iudicio, & electione dispartiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari: fabricis verò quartam, quæ competit ad ordinationem Pontificis, erogatione vestra decernimus esse pensandam. Si quid fortè sub annis remanebit expensa, electio idoneo ab utraque parte confite, tradatur enthesis: ut major emerferit fabrica, sit subsidio, quod ex diversis temporis diligentia potius custodiri: aut certè ematur possessio, quæ utilitates respiciat communes.

C. XXIV. ¶ Divini muneris participatione privetur, qui ecclesiastica privilegia calcet.

Item Majorico, Sereno, & Joanni Episcopo.

¶ Vi b & divinis, & humanis legibus in civili damnatione calcatis, & reverentia religionis abjecta, vel ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum prostrare dispendium, nec hujusmodi, saltem commoniti, convictique, nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sarcire; merito divini muneris participatione sunt privandi, ut huius perceptione careant, quod sacrilegis asibus habere despectui. Cælestinus verò Presbyter farris & Cæpiscopi nostri Sereni, qui contra Pontificale iudicium, contraque Apostolicæ sedis mandata protumens, se prædiis communionem sacram ministrare præsumptis cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacrosanctis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur: ut nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat.

C. XXV. ¶ De eodem.

Item eisdem Iustino I Archiepiscopo, & Faustino defensori.

¶ Vltreanæ c ecclesiæ actus, vel patrimonium, quod hæctenus comperimus desideratum, post damnationem Eucharisti, quo fuerat depravante dispersum, curæ vestra decrevimus esse delegandum: ut diligentia (quæ vos pro utilitatibus ecclesiæ existimamus esse vigilantissimas) prædia cultura restitueris antiquæ, & revocetis, quæ sunt vendita, aut donata mancipia. Possessiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione Episcopis, cæteris quovis jure videritis teneri (quia contra constituta synodi ab Episcopis prædia alienari nullo potuerunt commento), nihilominus revocentur. Si emptoribus ad eam recursum qui præsumpsit aliquid de ecclesiæ rebus illicita venditione distrahere, ita ut pensiones annuas ad Pontificem deferatis, cui privilegia sua integra convenit omni ratione servari, ut ejus dispendiant portiones proveniant consuetæ: ita ut portiones quartam, quæ ad eos pertinet, sua Pontifex ordinatione distribuatur, prout cujusque locum mensuræ cognoscit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum est, ut clericis quartam erogat pro consideratione suæ electionis Antistes. Fabricarum etiam portio Episcopo sciente, & disponente, vestra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius reipatiamini generari.

a al. omnium. b Ivo p. 3. c. 170. & p. 4. c. 181. c al. Volterranæ. Ivo p. 3. c. 173. d ¶ Iust.

¶ Iustino, &c.] Antea tegebatur. Idem eisdem. Emendatum est, & postea istorum rutorum nomina ex Ivone: ad quos dicitur scriptum est superius penultimum caput, vobis enim. Nec veri haec, qua nunc afferuntur, pertinere posse ad Episcopos, quibus p[re]cedens caput scribatur, indicant non modo qua a Gratiano hic referuntur, sed etiam apertius verba, qua apud Ivonem post ultimum huius capitis sequuntur. Siquis vero in ecclesie vestra damnatum aut in his, qua sunt p[re]ceptionis nostrae prohibita, Pontificem vestrum videritis admittere, &c.

C. XXVI. ¶ Redituum & oblationum, dua portiones clericis committantur.

Idem clero, & ordini, & plebi Brunasufi.

¶ Concesso a vobis, quem petistis, Antistite, fratre jam & Coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiam suam mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eisdem fuisse p[re]ceptum, ne unquam ordinationes p[re]sumat illicitas, & c. **¶** Reditus, & oblationes fidelium in quatuor partes dividat: quarum unam sibi ipse retineat; alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat; fabricis tertiam: quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: qua parum rationem divino est redditurus examini.

¶ Epistola Gelasi, in qua est hoc caput, missa est cum aliis ex hispanis. Eadem vero inter epistolas Gregorii II. impressa est terna, cum, & plebi Thuringie, scripta. Talis quedam epistola, sed brevis, legitur in libro, qua inscribitur, Ordo Romanus, & formata Episcopo danda suscepitur.

C. XXVII. ¶ De oblationibus fidelium quas portiones sunt, & qua cuius, proveniat.

Idem in epistola ad Episcopos per Lucaniam, & Britanos, c. 29.

¶ Quatuor b. autem tam de redditu, quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesie facultas admittere (hanc dudum rationabiliter est decretum) convenit fieri portiones: quarum sit una Pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus licet sacerdotis inter erit integram ministris ecclesie memoratum dependere quantitatem; sic clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expectandum. Ea vero, que ecclesiasticis adificiis attributa sunt, huic operi veraciter p[re]rogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est, si sacris adibus destitutis, in lucrum suum p[re]sul impendia his deputata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quanquam divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur: tamen iuxta quod scriptum est, [Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est;] oportet etiam p[re]senti testificatione p[re]dicari, & bonae fide p[re]conis non taceri. Quapropter nec clericorum quisquam, &c.

C. XXVIII. ¶ De redditibus oblationum, & re-dituum ecclesie quatuor portiones Presbytero dispensanda credantur.

Idem Simplicius Papa Florentio, & Equitio, & Severo Episcopo, epist. 3.

¶ De rebus & redditibus ecclesie, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere permittat: sed sola Episcopo ex his una portio remittatur: duce ecclesiasticis fabricis, & erogatione peregrinorum, & pauperum

a Anselm. lib. 6. cap. 43. b Et in concil. Parisiensis, l. 1. c. 15. Poly. l. 1. tit. 11. Anselm. l. 1. c. 68. Burch. l. 3. c. 137. Ivon. p. 3. c. 205. Pann. lib. 2. c. 2. c. Matth. 3. d 2. quæst. 7. quapropter. e Anselm. lib. 1. cap. 66.

profutura, à Bonagro a Presbytero sub periculo sui ordinis ministrarent: ultima inter se clericis pro singulorum meritis dividatur, & infra. **¶** Cui, id est, Gaudentio, hoc specialiter p[re]cipimus, ut tres portiones, quas triennio b dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat.

¶ Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, qua ad sententiam facere aliquid videbantur.

C. XXIX. ¶ De redditibus ecclesie, etiam noviter quaesitis, quarta pari clericis erogetur.

Idem Gregorius Maximiano Episcopo Syracusano c. lib. 3. epist. 11.

¶ Cognovimus d. de redditibus ecclesie noviter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minimè provenire; sed Episcopos locorum distribuere tantummodo quartam antiquorum reddituum, nunc vero quaesita suis usibus retinere. Quam rem e pravam subito-troduclamque consuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare festinet: ut sive de p[re]teritis redditibus, sive de his, que obvenient s; vel obvenientibus quarta secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est unam, eandemq; ecclesie substantiam duplici quodammodo jure censeret, id est, g usurpationis, & canonum.

C. XXX. ¶ De stipendio ecclesie quatuor debent fieri portiones.

Idem Augustino Episcopo Anglorum in respon. ad primam interrogationem.

¶ Mos est b. Apostolicæ sedis ordinatis Episcopis p[re]ceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Episcopo, & familia ejus propter hospitalitatem, & susceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta ecclesie reparandis.

C. XXXI. ¶ De eodem. PALEA. [Item ex concilio Toletano.]

¶ Sancimus omnibus Episcopis curam laicorum instare, sicut si quos in fide Christi invenerint, nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, ut si aliqua ab ipsis accipiant dona, statim in quatuor dividant partes: ita, ut prima pars secundum i. Apostolorum p[re]cepta, titulum, nec non cæmeteriorum restauracionibus diligenter attribuat, secunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta vero advenis.

¶ Caput hoc (quod in omnibus vetustis exemplaribus, exceptis duobus, & sine Palea nomine habetur, & glossam habet) in nullo Toletano concilio aut impresso, aut in manuscripto inventum est. In collectione canonum incerti auctoris, qua asservatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Sylvestro: quarum in synodo Romana sub ipso habita, cap. 4. paulo aliter ha partes assignentur, id est, ut in p[re]cedentibus huic capitibus.

¶ Secundum Apostolorum p[re]cepta] In ea collectione non sunt hac verba. In vero vetusto Gratiani codice est, secundum Apostolorum p[re]cepta.

C. XXXII. ¶ Omnes Presbyteri secundum iustitiam Episcopos re: ecclesia dispensare studeant.

Idem ex concilio Agathensi, c. 22.

¶ Statuimus: (quod omnes canones i jubent) sicut civitates, sive diocessani Presbyteri, vel clerici, salvo jure ecclesie, rem ecclesie, sicut permiserunt Episcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non p[re]sumant. Quod si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent

a al. ab Onagro. b al. per triennium. c Joannes Diac. l. 4. num. 34. d Anselm. l. 1. c. 70. e al. ob rem. f al. nunc obvenirent, vel obvenirent. g addita ex orig. h Anselm. l. 1. cap. 64. Pann. l. 2. c. 2. i Poly. lib. 3. tit. 12.



propriis, indemnem ecclesiam reddant, & communione priventur.

¶ **¶ Canones**] Restituta est hec vox ex originali. Antea legebatur, Episcopi. In Polycarpo. autem tantum est, quod omnes jubent.

C. XXXIII. ¶ De clericis, qui documenta ecclesie supprimunt, aut adversarius tradunt.

Item ex eodem concilio, cap. 26.

Si a quis de clericis documenta, quibus ecclesie possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversarius fortasse tradere, damnabili & puniendi obstinatione presumpserit, quidquid, per absentiam documentorum, damni ecclesie illatum est; de propriis facultatibus reddat, & communione privetur. Hi etiam qui in damno ecclesie impie sollicitati, a traditoribus aliquid acceperint, superiori b sententia teneantur.

C. XXXIV. ¶ Episcopus heredem non habens, non alium, quam ecclesiam suam heredem instituat.

Item ex eodem, cap. 23.

Episcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, alium quam ecclesiam non relinquit heredem. Si quid de ecclesia non in ecclesie causa, aut necessitate presumpserit, quod distraxit aut donavit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quae reliquit, ab heredibus ejus, indemnitatibus ecclesie consulatur.

¶ **¶ Non habuerit**] In originali impresso, & manuscripto, & in Polycarpo legitur, non habens alium, quam ecclesiam reliquit heredem; si quid, &c. & ad hanc lectionem proprius accessit verba Hispanensi concilio primo, c. 1. sed ab glossa non est mutatum.

C. XXXV. ¶ Qua in clero constituti sunt, de rebus ecclesie nihil alienare praestant.

Item ex eodem, cap. 49.

Diaconi d, vel Presbyteri in parochia constituti, de rebus ecclesie sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res sacrae Deo esse noscuntur. Similiter sacerdotes nihil de rebus ecclesie sibi commissis (ut superius comprehensum est) alienare praesumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tantum restituant, quantum vult praesumpserit. ¶ **¶ Liberos** tamen, quos sacerdotes, vel Diaconos de ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus ecclesie prosequi jubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

¶ **¶ Praesumpserit**] Si hic interponas e. si quis qualibet, infra, eadem habebit integram canonem 49. ipsius concilii Augustanensis.

C. XXXVI. ¶ De possessione ecclesiasticae juris quidquid a Presbytero distrabitur, inane habetur, & vacuum.

Item ex eodem e. c. 53.

Quidquid a parochiarum Presbyter de ecclesiasticae juris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum vindicatione i comparantis, & actione vendentis.

¶ **¶ Vindicatione**] Sic etiam in recentioribus conciliorum editionibus. In aliis, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur, venditore comparantis, apud Romanos, venditione comparantis. In Epauensis, ubi hoc videtur repeti, in venditorem comparantis actione vertenda.

a Infra, ead. si quis clericus. Burchard. lib. 3. cap. 13. Ivo par. 3. cap. 156. b aliter pars. & in Hispanen. 1. cap. 1. c Polyc. lib. 3. tit. 22. d Ivo par. 3. cap. 161. e Et in Epauensis. c. sept. f Ivo p. 3. c. 182.

C. XXXVII. ¶ Alienationes factae ab intrusis, & ordinationes sine consensu clericorum, irrita sunt.

Item Urbanus Papa.

Alienationes omnium per intrusionem, seu canonicum electorum sub Episcopi nomine, aut Abbatis, qui secundum ecclesie suae usum consecrandus est, alienationes dico quocumque modo factas, nec non & ordinationes personarum ab eisdem sine communi consensu clericorum ecclesie, siue per simoniam, itidem factas, irritas iudicamus. ¶ **¶ Illud** etiam per omnia interdiximus, ut nullus clericus praebendam suam, seu beneficium aliquod ecclesiarum aliquo modo alienare praesumat. Quod si praesumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & ultionem canonicam subiacebit.

¶ **¶ Post** collectionem Anselmi in codice perantiquo, habetur fragmentum cujusdam concilii Urbani secundis, in cuius initio haec leguntur. Alienationes, quae specialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis exarchatus factae sunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intrusionem, seu canonicum electorum sub Episcopi nomine, vel Abbatis... ecclesie suae consecrandus est, alienationes quocumque modo factas, & cetera usque ad finem huius capituli sine ulla varietate.

C. XXXVIII. ¶ Episcopus defuncto, vel alio in supremis agente de rebus ecclesie nihil est usurpandum.

Item ex concilio Ilerdensi a. c. 16.

Hec huius placiti constitutione inter nos censura placuit custodiri, ut defuncto Antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officii, gradusve fir quidquam de domo praesumat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse cognoscitur, id est, mobilis, & immobilis rei ecclesiasticae conetur invadere; nihil furto, nihil dolo supprimere, auferens, atque abscondens. Sed is, cui domus commissa est, sub iunctis 2 sibi uno, vel duobus fidelissimis clericis, omnia usque ad tempus Pontificis substitutionem debeat conservare, & his, qui in domo inveniuntur, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem Antistes susceptus 3 sedis commoda ordinabit, vel Deus imperabit: ut eis uti cum his debeat, quos cognoverit disciplina, & charitati praedecessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post haec inusurper ordinis (ut superius dictum est) clericus quacumque occasione, de omni facultate quidpiam probatus fuerit abstulisse, vel fortitan dolo aliquo suppressisse, reus factus legi prolixiori anathemate condemnatur, ut vox quoque peregrina ei communio concedatur: quia durum est, ut hi, quos constat in servitio Domini cum primae sedis Antistite defuisse, ab his, qui suarum rerum incubatores, vel utilitatibus servientes, atque vacantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucientur.

1 ¶ **¶ Nihil furto**] In codice Lucensi regio sequitur, nihil vi.
2 ¶ **¶ Subjectis sibi**] In conciliarum editionibus sequitur, cum consilio: & in codice regio additur, clerici: fuisse autem legendum, cum consilio clerici.

3 ¶ **¶ Susceptus sedis**] In eodem regio codice est, suscepta ea, prout decessor suus ordinavit, vel ut Deus imperavit.

C. XXXIX. ¶ Episcopi, qui nihil ecclesie conserunt, famulus eius libertate non donent.

Item ex concilio Toletano.

Et c. si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, aeterni iudicis voce in futuro con-

a Concor. concilium Valent. cap. 2. b aliter in eadem etque vagantes fuisse. c Burchardus lib. 3. cap. 182. Ivo par. 3. cap. 249.



demerantur, quanto magis ii, qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Quapropter Episcopi, qui nihil ex suo proprio ecclesie Christi compensaverunt, hanc divinam sententiam metuant, & liberos a ex familia ecclesie ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium enim est, ut qui res suas ecclesie Christi non contulerit, damnum inferat, & jus ecclesie alienare contendat. Tales ergo liberos b successor Episcoporum absque ulla oppositione ad jus ecclesie revocabit: quia eos non aequitas, sed improbitas absolvit.

C. XL. *De clericis, qui documenta ecclesie supprimunt, aut negant, aut alius damnabiliter tradunt.*
Item ex concilio Aurelianensi.

Si quis de clericis documenta, quibus ecclesie possessio firma tenetur, aut supplicare, aut negare, aut auertere, aut fortasse tradere, damnabili, & punitenda oblatione præsumpserit, quidquid pro absentia documentorum dicitur ecclesie illatum est, de propriis facultatibus reddat.

¶ Hoc idem citatur supra, ead. si quis de clericis, ex concilio Agathensi, in quo habetur: Non est autem mutatus ritus: quo petiti in aliquo etiam Aurelianensi, quod non extet, esse repetitum.

C. XLII. *¶ Ministris ecclesie de rebus ejusdem ecclesie Episcopi permittitur nihil alienare licet.*

Item ex concilio Aurelianensi III. cap. 23.

Abbatibus d. Presbyteris, ex terisq; ministris de rebus ecclesie, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permisso, & subscriptione Episcopi sui nihil licet. Quod qui præsumpserit, degradetur communione concessa: & quod temere præsumptum, aut alienatum ex ordinatione Episcopi revocetur.

C. XLIII. *¶ Res ecclesie, quæ absente Episcopo distrahuntur, ad jus ecclesiasticum revertuntur.*

Item ex synodo Ancyrana, cap. 15.

Si quis de rebus ecclesie, cum Episcopus non est, Presbyteri venderint; placuit rescisso contractu ad jus ecclesiasticum revocari. In iudicio autem erit Episcopi constitutum, si pretium debeat recipi; nec ne: propterea quod sæpe contingit distrahatarum rerum redditus ampliorum summam pro accepto pretio reddi.

¶ Reddi j. Sic in quibusdam exemplaribus præca verbum: In alia vero est, reddidisse. Græcè legitur, *ἵνα τὸ πᾶν ἀποδοθῆται τῷ πρῶτῳ, ὅτι ἂν δόδοιτο κατὰ τὸν νόμον, ἢ ἂν ἴσῃ, ἢ ἂν ἴσῃ, ἢ ἂν ἴσῃ, ἢ ἂν ἴσῃ.* id est, propterea quod sæpe rebus venditarum redditus malus pretium his ipsis reddidit. Sed et glossa non est firmata.

C. XLIII. *¶ Post mortem Episcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant.*

Item ex concilio Chalcedonensi h. cap. 22.

Non liceat clericis post mortem Episcopi sui rapere res pertinentes ad eum: sicut jam præcedentibus regulis constitutum habetur. Si vero fecerint, periclitari se noverint in proprio gradu.

C. XLIV. *¶ Rescindantur precaria, & commutationes ab in vasioribus factæ.*

Item ex concilio Mediomatricis.

Precaria h. & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca Episcoporum occupaverunt rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel civili, si faciendæ sunt, fiant.

¶ al. liberos ex familia. b. al. liberos. c. Ivo p. 3. cap. 116. d. Ivo p. 3. cap. 275. Polyd. l. 3. tit. 21. e. Ansel. l. 6. cap. 182. f. Anselm. l. 7. c. 10. g. al. si constitutum pretium. h. Et in Anselm. c. 11. i. Mellensi, c. 21. k. Burch. l. 3. cap. 1. p. 27. ex Belluacensi.

¶ Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Mediensis refertur ex concilio Belluacensi, ex quo etiam citant Burchardus & Ivo. Sed quia in concilio Gallico & Germanico sæpe eadem repetuntur, non est mutata inscriptio. In adjectis capitularibus quæ ex Gallia sunt habita, inter cetera leguntur quedam capitula excerpta à Domino Rege Carolo & Principibus suis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderunt Episcopi in synodo, &c. Quorum capitulorum unum est hoc, ut precaria & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca Episcoporum occupaverunt, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel civili denovo, si faciendæ, fiant.

C. XLV. *¶ Pro labore inventarum nihil accipiant a economis de rebus ecclesie.*
Unde Gregorius a Maximiano Syracusano Episcopo, lib. 3. epist. 11.

Charitatem tuam commonere curavimus, ut si quis Episcoporum de hac luce migraverit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotionis excessibus, convenientibus aconomis, cunctisque clericis b prioribus atque in sui presentia inventarium ecclesie rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus ecclesie, quasi pro faciendi inventarii labore tollatur. *¶ infra.* ¶ Visitatores ecclesiarum clericisque eorum, qui cum ipsis per non suæ civitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium. Iustum namque est; ut illi condequantur stipendium, qui d. pro tempore suum commoderant repetiuntur obsequium.

¶ ¶ Oeconomis.] Sic etiam in omnibus vetustis: sed in originali tam impresso, quam manuscripto legitur, hierarchicis. Ioannes Diaconus habet, hieraticis.

C. XLVI. *¶ Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere.*

Item ex concilio Urbani Papæ Avernia celebrato.

De laicis quæstio facta est, qui morientibus Episcopis, sive aliis clericis res defunctorum invasas, ecclesie, pauperibusque subripiunt. Contra quos commune totius concilii anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiam promulgante: Si quis post interdictum presentis cognitionem Episcoporum, seu Presbyterorum, aut aliorum clericorum res invaserit, usque ad satisfactionem excommunicetur. ¶ Episcoporum vero deficientium res per Archiepiscopos, seu Archiepiscoporum manus, aut secundum mortuorum iudicium pro ipsorum salute in elemosinas dispendentur, aut successori, qui futurus est, referentur. Id ipsum de Presbyterorum, seu clericorum aliorum rebus per Episcopum, vel supra dictas personas, aut eorum deficientes commiserint, fiat. Si quis autem adversus ista præsumpserit, anathema sit.

¶ In titulo capitulorum concilii Claremontensis (quod Avernia celebratum est) titulo penultimo, hæc leguntur ad caput hoc spectantia: Ne aliquis clericus res Episcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in usus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit: & dictum est ab omnibus, fiat.

C. XLVII. *¶ De eodem.*
Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, cap. 4.

Illud e quod in sacro Chalcedonensi concilio constitutum est, irrefragabiliter conservari præcipimus: ut videlicet decedentium bona Episcoporum a nullo omnino hominum diripiantur: sed ad opes ecclesie, & successoris sui in libera aconomia, & clericorum permanente.

¶ a Ioannes Diaconus l. 3. c. 23. b al. clerici. c al. illius. d al. quod. e Supra ead. non liceat. Patm. l. 6. c. 142.

fudum, ut ecclesiastica dignitate servus decedens, humilio obnoxius sit servituti.

¶ A Burchardo, & Ivone citatur ex concilio apud Caristacionem, in Decretibus veris tit. de verum permittit. ex concilio apud Syllanum. Et habetur hæc palca in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus.

¶ pars. Item si rectores ecclesie de rebus propriis tantundem ecclesie restituere voluerint, ecclesiasticas facultates libere dare possunt, & consuetudines, quibus data fuerint, perpetua firmitate.

C. LVI. ¶ Alienatio de rebus ecclesie, quomodo rata esse poterit.

Unde in Agathensi concilio, c. 49. legitur.

Si quis qualiter b conditione de rebus ecclesie aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantum ecclesie contulerit, quantum visus est abutilisse, tum deum illud licebit.

¶ pars. Item si servos ecclesie libertate Episcopus donaverit, ea, qua in manumissione data illis fuerint, perpetua firmitate retineant: si non quantitatem canonibus præfixam data non excesserint.

C. LVII. ¶ De eodem.

Unde in eodem concilio, c. 7. legitur.

Si quis de servis ecclesie benemeritis, sibi i Episcopus libertate donaverit, collatam libertatem a successoribus placuit custodiri, cum hoc quod eis manumissor in libertatem contulerit. Quod tamen jubemus viginti solidorum numerum d. & modum in territorialibus, vel hospitio tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissionis mortem ecclesie revocetur.

¶ ¶ Sibi] Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & in decretis Vaticanis. Sed apud Ivonem, & in uno vetusto Gratiani exemplari abest dictio, sibi.

¶ Sed notandum est, quod servi ecclesiarum manumitti, non possunt, nisi forte manumissor duos ejusdem nominis, & ejusdem peculii ecclesie conferre voluerit.

C. LVIII. ¶ De Episcopo, qui non retento patronio, servos ecclesie manumittit.

Unde in concilio Toletano IV. cap. 67. legitur.

Episcopus e, qui mancipium juris ecclesie, non retento ecclesiastico patronio, manumitti desiderat, quo metui ejusdem, & peculii coram concilio ecclesie, cui præminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata, & iusta, inveniantur diffinitio commutantis. Tunc etiam liberam manumissionem sine patronio ecclesie concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere disponit, jam juri proprio acquirit. Hujusmodi * autem libertas, adversus ecclesiam, cuius juri extitit, accusandi, vel restituendi denegatur licentia. Quod si præsumpserit, placet, ut stante commutatione in servitutem propria ecclesie revocetur, cui nocere conatur.

Libertus enim (nisi venia impetrata) patronum in jus vocare non permittitur. Unde in lib. 2. Digestorum, tit. de in jus vocandi. l. 1. §. Si sine venia editi impetrata libertus patronum in jus vocaverit, ex querela patroni, vel si supra dictam panam, id est, quinquaginta aureos, dat: vel si præfecto urbis g. quasi inoffensius colligerit, si inopia dignoscitur laborare. ¶ Si vero à collegio manumissus fuerit, non singulis, sed universitati reverentiam debet. Unde in eodem libro, tit. eod. l. sed si hac. ¶ Qui h manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel civitate, singulos in jus vocari. Nam non est illorum libertus, sed republica ho-

a In part. 3. cap. 10. b al. pro qualibet. c In part. 16. cap. 10. d al. numeri modum. e Polyg. lib. 3. tit. 13. Burch. lib. 3. cap. 174. In part. 3. c. 237. ¶ In p. 16. c. 65. f al. vel quinquaginta aureorum panam dat. g al. ubi. h leg. 10. §. qui manumittitur.

norem habere debet. ¶ Et si adversus rempublicam vel universitatem velit experiri, veniam editi petere debet, quamvis alterum eorum constitutionem in jus sit vocaturus. ¶ Si vero ingenium principis facit, patrono reverentiam non debet. ¶ In a criminali vero causa, si libertus patronum in jus vocaverit, caput ejus & fortunas petatur, ante litem exordium capere punitendus est. Crimen vero lesa majestatis excipitur, vel si patronum illicito servi concubitu uti deprehenderit, quo casu, etiam servo cum munere libertati Dominam accusare permittitur: sicut Cod. lib. 9. tit. de mulieribus, qua se propriis servis junxerunt. l. unica Imperator Constantinus constituisse legitur. ¶ Si qua cum servo occulte rem habere detegatur, capitali sententia subijgetur, tradendo ignibus verberone. Sicq; omnibus facultas crimen publicum arguendi: sit officio copia nunciandi: sit etiam servo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur. ¶ In patrono etiam restituari non possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam servi in Dominos torqueri jubentur.

C. LIX. ¶ De eodem.

Unde in libro eo. Codicis, tit. de quaestionibus. l. b prima. Imp. Antoninus & Verus. A. A.

Questionem de servis contra Dominos haberi non oportet, exceptis adultærii criminibus, item fraudati census accusationibus, & crimine majestatis, quod ad salutem Principis pertinet. ¶ In cæteris autem, quantum ea, qua servus contra Dominum dixit, iudicatur sententiam formare non debeant; tamen, si aliis quoq; probationibus fides veritatis investigetur, præscriptionis invidia evanescit. ¶ In pecuniariis vero causis ex inopia i probationum servos contra Dominum posse interrogari manifestum est.

¶ In aliquo vetusto codice caput hoc conjunctum est superiori.

¶ ¶ Ex inopia] In antiquis codicibus Gratiani legitur, nec inopia, & sic videtur etiam legisse auctor glossæ. In antiquiora etiam editioe codicis Iustiniani, tit. de quaestionibus, l. quaestione eodem modo habet, eademq; lectionem secutus est auctor italicarum glossarum, & in Basil. tit. 20. de quaest. eodem est lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur, ex inopia, & in l. Drus. ff. de quaestionibus, videtur statutum, ex inopia probationum etiam in causis pecuniariis posse torqueri servos, nihil est mutatum.

C. LX. ¶ De eodem.

Item ibidem, l. secunda.

Insoluitum est, & grave exemplo, audiri servos adversus tutores, vel matrem Dominorum suorum, nisi tutelæ agatur.

Si vero libertus sua auctoritate à patronio ecclesie recesserit, si admonitus redire contempserit, in servitutem revocabitur.

C. LXI. ¶ De libertis ecclesie, qui ab ejus patronio discedunt.

Unde in concilio Toletano IV. cap. 70. legitur.

Liberti e ecclesie, qui ab ejus patronio discedentes quibuslibet personis adhaferunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit: quia per inobedientiam & contemptum ingrati actione tenentur.

C. LXII. ¶ Revocentur in servitutem ecclesiarum liberti, qui contra ejus libertatem superbiunt.

Item ex concilio Hispal. II. c. 8.

Octava discussio agitata est de quodam Helisæo ex familia Agabrensis ecclesie; qui ab Episcopo suo traditus libertati, de libertate confectum ad contumaciam

a Ex l. si quis ex familiaribus C. qui accus. non pos. tit. 12. tit. 1. l. 1. c Burchard. lib. 3. cap. 124. In part. 3. cap. 344. d al. obedientiam.

morbum transfilivit; sicque per superbiam non solum ejusdem Episcopi veneficis a artibus salutem ladeere voluit, sed etiam patronam ecclesiam libertatis immemor predecevit. Adversus quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate, iuste dirigitur: scilicet, ut immerite libertatis damno mulctatus, ad servitutis nexum revocatur. Talium enim status, qui contra Episcopum suum, vel patronam ecclesiam nituntur, decidi potius, quam conservari convenit: ut quorum libertas perniciose est, sit salutifera servitus: & qui superbiere poterant adepta libertate, prodiiti, discant obedire subjecti.

¶ **Adepta libertate**] Magna hoc loco est varietas in vetustis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent, adempta libertate prodiiti, partim, adepta libertate prodiiti, ut concilium ipsius impressum, & manuscriptum, etiam in codice Lucensi regio. Apud Iuvonem vero legitur, adepta libertate elati, perditam discant obedire subjecti.

C. LXIII. ¶ **Apotrocinio non discedant ecclesia libertati ad sacros ordines, promoti.**

Item ex concilio Toletano III. cap. 8.

DE libertatis ante hoc precepit sancta synodus, ut si qui Presbyteri, vel Diaconi, ab Episcopis facti sunt secundum modum, quo canones antiqui dant licentiam, sint liberi: & tamen a patrocinio ecclesie tam ipsi, quam ab eis progeniti non recedant. ¶ Ab aliis quoque libertati traditi, & ecclesiis commendati, patrocinio Episcopi colligantur, & ne cuiquam donentur, a Principe hoc Episcopus postulet.

¶ **Presbyteri, vel Diaconi**] In concilio Colonia quatuor tomis impressus, & in codice Lucensi regio legitur. De libertatis autem id Dei precipiunt sacerdotes, ut si qui ab Episcopis, & c. nulla Presbyterorum, aut Diaconorum mentione facta.

¶ **Ne vero longinquitate temporis obscuratur conditio originis**: tempore suo manumissioni scribantur liberi professionem, qua se proficiantur de familia esse ecclesie, & ab eius obsequio se nunquam recessuros.

C. LXIV. ¶ **Professionem sua conditionis libertatis ecclesie faciant.**

Unde in concilio Toletano, VI. cap. 9. legitur.

Longinquitate d' saepe fit temporis, ut non pateat conditio originis. Unde iam decretum est in anteriori universalis concilii canone, ut professionem suam libertatis ecclesie debeant facere: qua profiteantur se & de familia ecclesie esse, & eius obsequium nunquam relicturos. Unde his quoque nos adicimus, ut quoties cursum vite sacerdos impleverit, & de hac vita migraverit, mox cum successor ejus advenerit, omnes libertatis ecclesie, vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi substituto Pontifici publicare, & professiones suas in conspectu ecclesie renovare: quatenus status sui vigore & illi obtineant, & obedientia eorum ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suae intra annum ordinationis novi Pontificis manifestare contempserint, aut professiones renovare noluerint, vacua & inanes chartulae ipsae remaneant, & illi origini suae redditi, sint perpetuo servi.

¶ **In anteriori**] Significatur Canon 69. concilii Toletani quarti, qui proximo cap. refertur. Nam quatuor illud Toletanum, quod fuit plenissimum, in sequentibus Toletanis vocari solet universale concilium, ut in 1. cap. 2. & 7. & in 6. concilio c. 1. 3. 7. & 18. Et in principio ipsius quarti concilii Episcopi ajunt, quoniam generale concilium agimus.

a al. malefici. b Ivo p. 16. c. 66. c al. Episcopali regantur. d Iuxta ead. proximo. e al. manumisso.

C. LXV. ¶ **Nec liberi, nec eorum posteri a patrocinio discedant ecclesia.**

Item ex concilio Toletano IV. cap. 69.

Liberti a ecclesie (quia nunquam moritur eorum patrona) a patrocinio ejusdem nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt. Ac ne forte libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaq; posteritas naturali ingenuitate obtinens, sese ab ecclesie patrocinio non subtrahat, necesse est, ut tam hi liberi, quam ab eis geniti d' professionem Episcopo suo faciant: per quam ex familia ecclesie libertos effectos se esse fateantur, ejusque patrocinium non relinquunt: sed juxta virtutem suam obsequium ei, ut obedientiam prebeant.

¶ **Pro remuneratione etiam impens obsequii** rei ecclesiastica utiliter possunt donari.

C. LXVI. ¶ **Qua de rebus ecclesie in remunerationem obsequii presentantur, rata permaneant.**

Unde in Toletano concilio IV. cap. 36. legitur.

Quicunque Episcopi suffragio, cuiuslibet aliquide ecclesiastica utilitatis providerint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exolvere oportebit: ita ut id ad concilium provinciale deferatur, ut eorum conventiva confirmetur, quia (sicut Paulus ait) f' dignus est operarius mercede sua.

C. LXVII. ¶ **Servi ecclesiarum in eorum domum transferri possunt, qui ecclesiasticis utilitatibus deservierunt.**

Item Gregorius lib. 2. in dist. 11. epist. 18. Theodoro consiliario.

Eccl'asticis & utilitatibus defudantes, ecclesiastica dignum est in uneratione gaudere, ut qui se levitariis obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt, dignè nostris provisionibus consoletur. Quia igitur Theodorum, virum eloquentissimum, consilium nostrum, mancipiorum cognovimus ministerio detinuit, ideo puerum nomine Acosimum natione Siculum, juri, dominioque tuo dari, tradique precipimus: quem quoniam traditum ex nostra voluntate jam possides, h' juste necesse fuit scripti b, pro futuri temporis testimonio, ac robore legitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, securè cum semper, & sine ullius retractationis suspitione, quippe ut Dominus, ratas possidere 2.

1. ¶ **Te**] Adhuc est vox ista, & cetera sunt emendata ex originali, ut intelligatur eundem esse cui scribitur, & cui si dicitur.

2. ¶ **Possidere**] Apud h. Gregorium haec sequuntur. Neque enim quencquam fore credimus, qui tam parvam largitatem pro tua ibi devotione concessam desideret, ut tunc ter ullo modo revocare: cum uno eodemq; tempore & verendum sit docere ceteros in sua quandoque relicturiorum proferre largitate sententiam.

¶ **Miserationis quoque intuitu servi ecclesiarum libertate donari possunt.**

C. LXVIII. ¶ **Miserationis, & pietatis intuitu servi ecclesiarum possunt manumitti.**

Unde Gregorius Montano 1. & Thoma 14. epist. 12. seu cap. 11.

Cum redemptor noster, totius conditor creature, hoc propitiatus humanam voluerit carnem assu-

a Polyb. lib. 3. tit. 12. Burch. 13. c. 11. Ivo p. 3. c. 245. b al. libertinitas. c al. patrocinio subtrahat. d al. progeniti. e al. dicitur, eorum conventus confirmetur. f 1. Timoth. 3. & Polyb. 12. tit. 13. h abest ab orig. i al. Montan.

mere, ut divinitatis sui gratia, dirupto, quo tenebamur captivi, vinculo servitutis, pristina nos restitueret libertati, salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos procreavit, & jus gentium iugo subdidit servitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libenter redantur. Atque idem pietatis intuitu, & hujus rei consideratione permoti, vos Montanam & atq; Thomiam, famulos sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui, Deo adiutore, deservimus, liberos ex hac die, civemq; Romanos efficitimus, omneq; vestrum vobis relaxamus servitutis periculum. *In ipsa.* ¶ Hanc autem manumissionis paginam Patricio notario scribendam dicitavimus, & propterea manu una cum tribus Presbyteris prioribus, & tribus Diaconis plenissima firmitate subscripsimus, vobisq; tradidimus. Actum in urbe Romana.

¶ *Peculium.] In versu codice epistoliarum B. Gregorii Bibliotheca Vaticana legitur, periculum. Item serva uti publicis angariis non debent fatigari.*

C. LXXI. ¶ *Servi ecclesiarum publicis angariis non fatigantur.*
Unde in concilio Toletano III. c. 21. legitur.

Eum clericorum i servos b, & Episcoporum, vel omnium clericorum a iudiciis, vel actoribus publicis in diversis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne concilium a pietate gloriosissimi Domini nostri poposcit, vestales deinceps a iis ihibeat: sed servi supra scriptorum officiorum in eorum usibus vel ecclesiæ laborent. Si quis vero iudicem, aut actorem, clericum, aut servum clericum, vel ecclesiæ, in publicis ac privatis negotiis occupaverit, a communione ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

¶ *Ecclesiæ.] In ceteris huius concilii exemplaribus im-*
provisis, quæ collata sunt, & apud Ivonem legitur quem-
dam ab apud Gratianum: præterquam in editione quatuor to-
morum, & codice Lucensi regis, in quibus initium capituli 21. sic ha-
bet. Quoniam cognovimus in multis civitatibus ecclesiæ
servos, & Episcoporum, vel o. c. a. i. v. a. p. in di-
versis angariis fatigari, omne concilium, &c. Et hic que-
dam nulla facta est mutatio: alia vero, in quibus omnes concilio-
rum veteri concordant, sunt emendata.
Item pro alienatione pauperum, pro redemptione captivorum res sa-
cræ destrictæ sunt.

C. LXX. ¶ *Res sacra quibus ex causis alienari debeant.*
Unde Ambrosius ait lib. 2. de officiis, c. 28.

A vitium ecclesiæ habet, non ut servet, sed ut eroget, & subvehiat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo Domini Assyrii iustulerunt? Nonne melius constaret sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus consummata asportet hostias? Nonne dicitur est Dominus, cui passus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, unde ministrasses alimoniam. Qui tot captivi deducti in commercium sunt, nec quæ redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut vasa vitæ servares, quam metallorum. His non possiet responsum referri. Quid enim dicere? Timui, ne templum Dei ornatus decisset? Responderet, aurum sacramentorum quarunt, neque auro placent, quæ auro non enarrant. Ornatus sacramentorum, redemptio captivorum est: & vere illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas a morte. Ille veteris thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. *& post pauca.*

a. al. Montaniam. b. Lib. 6. Capit. cap. 290. lvo p. 3. cap. 138.
c. Polyb. l. 1. tit. 1. lvo par. 3. c. 10. Anst. l. 13. c. 28. d. 4. Reg. 24.
e. al. ut. f. in vulgatis legitur, in captivitatem ducti. g. nec redempti. Cur in ab hoste. h. orig.

Nemo enim potest dicere cur pauper vivit? nemo potest queri, quia captivi redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei edificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa ecclesiæ etiam iniuncta confringere, constare, vendere licet: opus est, ut de ecclesiâ mystici poculi forma non exeat. ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Idem intra ecclesiâ primùm quaesita sunt vasa, quæ iniuncta non essent: deinde comminuta: postmodò constata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captivorum quoque pretiis profecerunt. Quod si deus nova, & quæ nequaquam iniuncta videantur, in huiusmodi usus, quos supra diximus, arbitror omnia potest posse converti.

C. LXXI. ¶ *Non parietes templi ornare sed pauperibus providere, gloria Episcopi est.*
Item Hieronymus ad Nepotianum a de vita clericorum.

Gloria Episcopi est pauperum inopia b providere: ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis. Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similia & mella fastidio. *Item paulo inferius.* ¶ Multi edificat parietes, & columnas ecclesiæ subtrahunt c, in marmore nitent, auro splendent laqueata, gemmis altare distinguunt, & ministerium Christi nulla electio est. Neque verò mihi aliquis opponat dives in ludra templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cetera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à Domino, quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum erat remissio d peccatorum: quanquam hæc omnia præcesserint in figura, scripta autem sunt propter nos, in quos fines seculorum devenerunt. Nunc verò, cum paupertatem domus suæ pauper Dominus dedicavit, portemus e crucem f, & divitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo.* ¶ Amico g quidpiam rapere, furtum est: ecclesiâ fraudare, sacrilegium est: & accipisse, quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. *Item eisdem ad Paulinum b, de institutione Monach.* ¶ Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandû Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: neq; putavit se simul posse & virtutes & divitias possidere. Nos suffarcinati auro Christiani pauperem sequimur, & sub prætextu elemosynæ pristinis oibus incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere, qui nostra timidè reservamus? Plenus venit facile de ieiuniis disputat. Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est.

Item largitate etiam Episcopi stipendium de rebus ecclesiæ clericis dare licet: cuius professio sub precaria nomine fieri debet.

C. LXXII. ¶ *Qui beneficium ab ecclesiâ accipit, ejus professio non nomine precaria faciat.*
Unde in concilio Toletano VI. cap. 5.

Sape fit, ut proprietati originis obstitat longinquitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut si quis clericorum i stipendium de rebus ecclesiæ, cuiusquam Episcopi percepit largitate, sub precaria nomine debeat professionem scribere: ut nec per

a. Epist. 2. b. al. opibus. c. suscipiant. vera scilicet. d. al. redemptio. e. al. cogitamus. f. 1. Cor. 10. g. 15. quæst. 2. c. 10. h. Epist. 13. i. lvo p. 6. c. 372.

entionem a diurnam prejudicium afferat ecclesie; & quæcunq; in usu perceperit, debeat utiliter laborare: ut nec res divini juris videantur aliqua occasione negligi, & subsidium ab ecclesia cui deserviant, percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendio suo videbitur private.

¶ Clericorum] In codice conciliorum Lucensi regio sequitur, ut aliarum quarumlibet personarum.

Religionis quoq; intuitu ea, in quibus ecclesia detrimentum non patitur, monasterio tradi possunt.

C. LXXIII. ¶ Licet religionis intuitu res ecclesie alienare.

Unde in III. Toletano concilio, c. 4. legitur.

SI b Episcopus unam de parochianis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu concilii sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus ecclesie pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum ecclesie non exhibeat, eidem loco donaverit, sit stabile. Re enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat consensum.

C. LXXIV. ¶ Non ultra quinquagesimam partem rerum ecclesie, monasterio, quod constituit, Episcopo licet conferre.

Item ex Toletano IX. cap. 5.

BONÆ c rei dare consilium d, & presentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectantur præmium. Quisquis itaque Episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesie, cui præsidet, dare decreverit, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debet: ut hac temperamenti æquitate servata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad ecclesiam verò quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare e voluerit sepulchris, non amplius quam centesimam partem census ecclesie, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem assumat.

C. LXXV. ¶ Iure proprietatis res ecclesie monasteriorum adificiis tradere licet.

Item Gregorius lib. 2. in dist. 11. epist. 17. Gratioso Subdiacono.

RELIGIOSAM g vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere, ne cuiusquam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur (quod ab sit) conversationis infringat. Idcirco presenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum positam in hac urbe, regione quarta, juxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum juris sanctæ Romanæ ecclesie, cui auctore Deo præsidemus, in qua campana quondam uxor i Patritii mansisse dignoscitur, simul & hortum, atque hospitia, quæ intra eandem domum janua concludit, Floræ h abbatisse debeas tradere proprietatis jure proculdubio possidendam: in qua domo monasterium virginum (ubi cum congregatione sua habitare possit) Christo queat adjuvante construere: & i tam ipsa, quam quæ in ejus loco, honoreque successerit, prædictam domum, & hortum cum omnibus ad se pertinentibus (sicut diximus) quieto, in concussioneque jure à nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere.

¶ Vxor] In aliquot epistoliarum editionibus, & nonnullis

a al. retentionem. b Ivo p. 3. cap. 163. c Ivo part. 3. cap. 170. d alit. consilium. e alit. munificare. f alit. remunerandum. g Anselmus lib. 5. cap. 33. h antea legebatur, eidem. i alit. u.] orig.

Gratiani exemplaribus non est ista dictio. In venusto autem Vaticano epistoliarum codice legitur, quondam patritia. Ecce ostensum est, quomodo res ecclesie sine culpa dari possunt, & constare his, quibus data fuerint.

QVÆSTIO III.

¶ Une queritur, si ante tempus sue ordinationis debere viabantur, quid de his fieri debeat, qui post ordinationem suam inveniuntur noscuntur.

C. I. ¶ De his, qui prius nihil habentes, tempore sue administrationis aliquas acquirunt.

De his statutum est in concilio Carthaginensi a III. c. 49.

PLACUIT b ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, tempore Episcopatus, vel clericatus sui agros, vel quicumque prædia nomine suo comparant; tanquam rerum Dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admodum ecclesie eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis propriè aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognationis obvenerit, faciant inde, quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exortiverint, honore ecclesiastico indigni tanquam reprobi judicentur.

C. II. ¶ De ministris, qui nulla ecclesia excofenes, sed sui utilitate aliqua acquirunt.

Item ex concilio Toletano IX. c. 4.

VICINIQUE de sacerdotibus, vel ministris pro sui utilitate, atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque modo, aut per scripturæ seriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus ecclesie non poterint numerari: sed quod exinde voluerint facere, ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia cui præfuit, vel minister extitit, hoc sibi in perpetuum vindicabit.

Ecce quod ille, qui non ex officio ecclesiastico, sed ex aliquo præstatione sua utilitati lucratus est, potest dare quibus voluerit. 2 pars. Sed queritur de his, que sibi communiter non ecclesia, vel sequestrati pro remedio anime offeruntur, vel de tempore parte, quam de rebus parochialium ecclesiarum sibi debentur accipiunt, si ea poterit dimittere quibus voluerit.

C. III. ¶ De Pontificibus, quibus ab extraneis, vel cum ecclesia, vel sequestratum aliquid dimittitur.

De his ita diffinitur in concilio Agatheni, cap. 6.

PONTIFICES d, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis e aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratum, aut dimittitur, aut donatur (quis dicit ille, qui donat, pro redemptione anime suæ, non pro commodo sacerdotis offerre probatur) non quasi suum proprium, sed quasi divinum ecclesie inter fratritates ecclesie computabunt: quia justum est, ut licet sacerdos habeat quod ecclesie dimissum est, ita & ecclesia habeat, quod relinquatur sacerdoti. ¶ Sane quilibet quid per fidei commissum aut sacerdoti, aut ecclesie facta esse dimittitur, cuiusque alii postmodum profuturum id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

a Et in Moguntino sub Rabano, capite 1. b Burch. lib. 3. cap. 170 p. 3. c. 96. Pam. l. 2. c. 52. c al. teneantur amicitia. d Extra de testamentis. e. requisisti, Euro. l. 1. c. 27. Ivo p. 3. c. 331. e alit. francis duntaxat. C. IV.



C. IV. ¶ Episcopus tertiam partem sibi debitam ecclesie relinquere poterit.

Item ex concilio Toletano IX. cap. 6.

Episcopus a, si tertiam partem, quam de rebus parochialium ecclesiarum sanctione paterna sibi debitam novit, aut ipsi ecclesie, cujus res esse patebit, aut alteri ecclesie, quam elegerit, conferre decreverit, & licitum maneat, & inrevocabile robur ejus sententia ferat.

QVÆSTIO IV.

Quid autem queritur, si de suis, & ecclesie rebus aliqua acquisita fuerint, cui proveniant, ita definitur, in eodem concilio Toletano IX. c. 4.

C. I. ¶ De his, qui de suis, & ecclesie rebus aliqua acquisivisse noscuntur.

Sacerdotes b, vel quicumque illi sunt, quibus ecclesiasticarum cura commissa est, quacumque administrationis sue tempore emerint, si de rebus propriis vel vite, vel carum habuerint, ad ecclesie nomen cui præfunt, chartarum conficere instrumenta procurant: non enim continentur ecclesie, quem suscepit extraneum officiat in alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem. ¶ Hi vero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium: ex omni te, quam post ordinationis suæ diem vili sunt acquisisse, si nulla, si aliqua sunt instrumenta confecta, compensatione i tam juris sui, quam ecclesiasticarum rerum habita, si se utriusque quantitas exæquaverit, inter ecclesiam & decedentis hæredes æquo jure conquisitio pertinebit.

1 ¶ Compensatione] In concilio ipso, cum vetustis exemplaribus collato, legitur, compensata tam juris sui, quam ecclesiasticarum rerum habitudine. Si qua vero pro compendio suarum rerum, ecclesie rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerum ecclesiasticarum in rebus propriis detrimentum passus fuerit, vicissim quæ lucrum fecerunt, detrimentum parentibus restituant.

C. II. ¶ Resarciantur detrimenta sacerdotum vel ecclesie, quæ alterius occasione aliter senserit.

Unde in concilio Bracaren. III. cap. 3. legitur.

Quicumque sub hoc neglectu res divinas laborare distulerit, placito speciali distringendus est, qualiter si de rebus, seu augmentis ecclesie quantum laboribus suis proprie auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus ecclesie minuit, illi restituat, ex cuius rebus, atque suffragiis suos convictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesie, aut substantiæ expendit, aut pendit, vel perditionis quidpiam perulerit, si hoc comprobari poterit, totum illa rebus ecclesie ejusdem reformabitur: pro cuius utilitate id expendisse probatur.

Si vero de rebus ecclesie tantummodo aliqua acquisisse noscuntur, & ad nomen ecclesie instrumenta debent componere, nec aliquibus partibus illis donare.

C. III. ¶ De his, qui sacerdotes emunt, ad ecclesie nomen scripturam faciant.

Unde in Agathensi concilio, c. 32. legitur.

Presbyter c, dum diocesim tenet de his, quæ emerint, ad ecclesie nomen scripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, ecclesie ordinatione discedat.

¶ Caput hoc ab Ivo etiam, & auctore Pannormie citatur: ex Agathensi, in qua extat. In decretalibus vero, ut, de peccat. cler. ex concilio Agathensi, & apud Burchardum, & in prima collectione decretalium, ex concilio Arausico.

a Ivo p. 1. c. 171. b Ivo p. 3. c. 169. c Ext. de peccat. cler. c. Presbyter. Burch. l. 2. c. 119. Ivo p. 3. c. 169. Pann. l. 2. c. 171.

QVÆSTIO VI.

Instrumenta vero non licet enscindere, nisi de rebus propriis.

C. I. ¶ Quomodo de rebus ecclesie licet testari sacerdotibus.

Unde Gregorius scribit Deusdedit. I Episcopo 23. lib. 10. epist. 47.

Nvlli b dubium est, quia sicut sacerdotibus res in Episcopatu aequitas nulla est alienandi licentia, ita de his, quas antè habuerint, quidquid iudicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, questam esse recolimus, quod quædam mobilia 2, quæ Constantius decessor vester Luminosa ancilla Dei, filia fratris sui, testamenti gratia, legati titulo reliquit, jam Episcopus acquisisset, decessitque; nos, nisi hoc constaret, nullum ex his ecclesie vestra præjudicium patere. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec sine cognitione de his, quæ possidet, quidquam facere.

1 ¶ Deusdedit] Antea legebatur, Lucidio. Restituta est inscriptio ex originali: quæ inscriptio integra est supra, ead. q. 2. res in Episcopatu. Illud enim caput in hoc continetur.

2 ¶ Mobilia] In originali impresso, & manuscripto est, imobilia, sed non est mutatum propter Doctorem scripta: nonnulla vero alia sunt emendata.

C. II. ¶ De eodem.

Idem lib. 4. epist. 22. seu c. 66. Cypriano Diacono.

Bitum Theodori Episcopi dilectionem tuam jam credimus cognovisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter te (ne quid de rebus ecclesie suæ consumpsisset) oportet inquirere. Et si quidem eum exinde aliquid incongruè minuisse didiceris, ita age, ut res ipsæ ad eo, cuius interest, modis omnibus reparentur.

C. III. ¶ Quæ monasteriis ab Episcopo conferuntur, revocari non debent.

Item Gregorius Mariniano Episcopo Ravennati, lib. 5. epist. 1. seu c. 101.

Via Ioannes quondam decessor tuus 1, dum viveret, laxius a nobis expetiit, ut ea, quæ in monasterio illo contulerat, quod iuxta ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat nostra debuissimus auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promissimus, fraternitatem vestram necessariò duximus adhortandam, ut nihil de his, quæ illic contulerat, atque confutit, aliquo modo patiat immitti: sed omnia firma studeat stabilitate servari. Huius igitur monasterii, & collatarum illic rerum, quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionem, sciendum vobis est, non ea nos ideò confirmasse, quoniam supremam eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc (sicut diximus) viventi promissimus. Hæc itaque si sollicitè fraternitas vestra implere festinet: quatenus & quæ in supra scripto monasterio constituit, & a nobis sunt firmata, serventur, & illa, quæ in damnum dari, vel feri per testamentum suum decessit ecclesie, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

1 ¶ Ioannes quondam decessor tuus] Hæc verba non sunt hoc loco apud B. Gregorium, sed ex superioribus hinc computata.

C. IV. ¶ Quæ ante suam ordinationem, vel post, hereditaria successione acquisivit Episcopus, cui vult, derelinquat.

Item ex concilio Hispanensi.

¶ Si etiam citam Burchardus, & Ivo, & in Hispanensi primo habentur nonnulla ad hanc rem scientia. Si integrum caput habetur in concilio Parisiensi, l. 1. c. 1. & in Capitularibus, l. 5. c. 175. restituitur inter alia decreta concilii Parisiensi.

¶ Ixum c ab hinc, & perpetuò mansurum esse decrevimus, ut Episcopus rebus sui juris, quas ante a

a al. Deusdedit. b sup. ea q. 2. res in Episcopatu. Poly. l. 4. c. 119. c Burch. l. 1. c. 214. Ivo p. 3. c. 171.

Episcopatum, aut certe in Episcopatu hereditaria successione acquisivit, secundum auctoritatem canonice...

De rebus vero ecclesiasticis testari licet Episcopo, si tantundem de proprio restituat.

C. V. Quomodo possunt esse rata, quo de ecclesia proprietate testamento lo-

Unde in Agathensi a concilio, c. 11. statutum est.

Si Episcopus in condito testamento aliquod de ecclesiastica juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantundem de juris proprii facultate suppleverit.

2 pars. Sed si Episcopus, vel quilibet ex gradu ecclesiastico intestatus defunctus fuerit, nec aliquis inventus fuerit, qui iure cognationis succedat, ecclesia sua ei succedat in integrum...

C. VI. Episcopo intestato ecclesia succedat in integrum.

Unde in Tarraconensi concilio, c. 12. statutum est.

Si cubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, post defunctionem ejus i Presbyteris & Diaconis de rebus ipsius inventarium fideliter conscribatur, a minimo usque ad maximum, id est, de utensilibus, vel de omni suppellectile: ita tamen, ut si quis exinde vel praesumpserit aliquid, vel occulte fuerit tulisse convictus, secundum furti tenorem restituat universon.

Defunctionem ejus. Antea legebatur, hanc diffinitionem. Emendatum est ex variis conciliorum editio-

C. VII. De eodem. Item ex concilio Triburienfi.

Quicumque ex gradu ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hereditas ejus ad ecclesiam, ubi defervit, devolvatur. Similiter defensionalibus.

Burchardus etiam, & Ivo citant capitulum hoc ex concilio Triburienfi, cui praesuit Arnulphus. Sed in eo, quod exeat, non habetur. Similima leguntur apud Iulianum antecessorem novella 131. cap. 10.

CAUSA XIII.

Iacensium cuiusdam baptismalis ecclesia, cladibus bellorum pressa, hostili metu compulsa, domicilia sua transfulerunt in aliam diocesim: praedia tamen antiqua non desierunt colere: caperunt persolvere decimas illi ecclesia, in cujus diocesim transfuerunt: & apud eam sibi elegerunt sepulturam. Transiitui quinquaginta annis, clerici, quibus quondam persolverant decimas, caperunt movere questionem in eos, qui ab istis accipiunt d primitias, & decimas: veniunt ad causam.

- 1. Modo primum queritur, si illi quorum domicilia sunt in diocesi huius baptismalis ecclesia, debeant persolvere decimas illi ecclesia, & celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam haec fiebant a parentibus eorum.
2. Secundo, an praescriptione temporis, jus percipiendi decimas, & suaverandi tollatur.

a Et in Epauonensi, cap. 17. b Burchard. lib. 1. cap. 212. Ivo part. 5. cap. 326. c Burch. l. 2. cap. 207. Ivo part. 6. c. 222. d al. acciperunt.

QUESTIO I.

Quod priori ecclesia haec omnia iure persolvenda sint, alio- res hu argumentis probare contendunt. Constat utique quomodo baptismalem ecclesiam habere diocesim sibi legitime assignatam: sicut & parochiales ecclesiae habent parochias sibi distributas.

C. I. Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias.

Unde Dionysius Papa Severo Episcopo, epistola secunda.

Ecclesias a singulis singulis Presbyteris dedimus: parochias, & cometeria eis dividimus: & unicuique jus proprium habere statuimus: ita videlicet, ut nullus alterius parochiae terminos, aut jus invadat: sed sit unusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut arbitrio aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat: & non iudicium, sed gloriam pro suis sibus accipiat.

In diocesi autem designata quaevisque praedia coluntur, proventus decimationum baptismalis ecclesia assignatus debet fore. Quia ergo praedia haec intra terminos nostrae diocesis continentur, & proventus decimationum nobis legitime assignatus, nostra ecclesia persolvendus est.

2 pars. Hu ita respondetur. Decima b a Des constituta sunt per Moysen, ut persolverentur a populo filii Levi non ministerio, in quo deserviebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filii Levi decimas, nisi ab eis, pro quibus offerbant preces, & sacrificia. Quia ergo nos servimus Dominum in tabernaculo, offerendo preces, & sacrificia, & ipsi debent nobis persolvere decimas & primitias.

Item, cum decima darentur filii Levi non deservientes persolvebantur, ut contempso Levita, qui sacrosanctis eligere, cui vellet decimas dare. Nam dicitur c. 11. [Leviti qui tecum moratur & intra muros tui habitat, comedet eam.] Item ex singulis tribubus civitates ad habitandum acciperent: utrumqueque tribus illis persolveret decimas, qui secum erant. Non Moyses praecipit filii Israel [sicut legitur d. in Deuteronomio] [In loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in diebus omnia, qua praecipio conferenti, holocausta, & hostias, & decimas, & primitias manuum vestrarum, & quidquid praecipuum est in manibus vestris, qua voluisti Dominus. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos, & filii, & filiae vestrae, famuli & famulae, & que Levita, qui in verbis vestris commoratur. Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos] & infra. [Decimas frumenti, vini, & olei tui, primigenia armentorum, & pecorum, & omnia, qua voluerit, & sponte offerre, voluerit, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedet eam loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu, & filiae tuae, & filii tui, & filiae tuae, & famulae, atque Levita, qui manet in urbibus tuis.] Quia ergo nos intra muros urbis istorum sedemus, & in habitatione parati sumus, rite ab eis decimas accipimus. Item ait Propheta [Producers sanum iumentum, & herbam servituti hominum.] Fennum, & herba ex terra produciuntur: sed quibus? iumentis irrigantibus eam, id est, hominibus colentibus eam f. & in hoc servitibus ipsi. Item Apostolus g. [Communicet autem ei, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.] Hic Gal. Corinib. h. autem probat specialiter sibi debere sumptus, qui ex spiritualia ministravit, dicens. [Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnus est, si nos carnalia vestra metarum.] Item i. [Si alii persol-

a Polycarp. lib. 4. tit. 31. Burch. lib. 3. c. 43. Ivo p. 3. c. 41. d. l. 1. c. 73. Pann. lib. 2. c. 42. b Numer. 11. c. Drucer. 14. c. 1. d. Des. 12. e. Pfal. 103. f. al. cum. g. Galat. 6. h. 1. Cor. 13. i. ibidem.

